

Civ.
76

BULLA CONTRA ER
tores Martini Luther &
sequacium



CVM Mandato Reverendissimi domini
Episcopi Augusten.

AD BIBL.
UNIVERS.
MONAC.

HRISTOPHORVS dei & aposto
licę sedis gratia Ep̄us Augusten. uni
uersis & singulis nobis in christo di-
lectis Ecclesiæ & monasteriorū etiā
exemptorum prelatis, abbatisbus, pri-
oribus, prepositis, decanis, capitulis,
parochialiumq; ecclesiæ rectoribus
plebanis, viceplebanis, ceterisq; præ-
biteris clericis, notariis, & tabellioni-

bus publicis, per ciuitatē & diocesim nostras Augusten. ubi li-
ber constitutis ad quos p̄sentes nostre litteræ peruererint, quosq;
pr̄sens tangit negocium. Salutem in domino & nostris imo-
uerius apostolicis firmiter obedire mādat is. Noueritis nos ui-
gore certi transsumpti litterarum Sanctissimi in christo patris
& domini nostri dñi Leonis diuina prouidentia Papę decimi
contra quendam fratrem Martinum Luther ordinis sancti Au-
gustini heremitarum, eiusq; adherentes complices fautores &
receptatores, occasione erronee atq; p̄iarum mentium seducti
uę doctrine ac scripturarū dicti fratris Martini nuper R homae
decimo septimo calendas Iulij anno uicesimo emanatarum, per
Venerabilem Egregiū nobis sincere dilectū magistrū Ioānem
Eckium sacrę theologie & canonum doctorem prefati domini
nostrī papae ad infra scripta nuntium iā sepius esse requisitos
qtūs easdem literas apostolicas seu illasq; transsumpta publica
per dictas ciuitatem & diocesim nostras publicari curaremus,
vnde requisitioni ac mādatis apostolicis huiusmodi ex debito
obedientiae obt emperare uolentes uobis omnibus & singulis
supradictis in uirtute sancte obediētiae & sub penis in dictis lit-
teris apostolicis cōtentis districte p̄cipiendo mandamus, qua-
tenus postq; uigore p̄sentiu fuerit is requisitus seu alter uestitū fu-
erit requisitus, dictas lras apostolicas seu easq; transsumpta publi-
ca omiaq; & singula in eis cōtēta. In cōcellis ecclesiæ & mona-
steriorū uestrorū ac alibi ubi, quādo, & quotiēs opus fuerit chri-
stifidelibus diligēter publicet is & intimet is, ac publicari & in-

timari permittatis & faciatis , omnes & singulos christifideles
supradictos fideliter exhortando ut ab erroribus & doctrina p-
fati fratris Martini Luther in dictis apostolicis literis designa-
tis eorumque predicatione, publicatione, assertione, defensione, li-
bellorum & scripturarum editione, omnino abstineantur. Nec ipsi
bellos predicationes, scripturas, siue cedulas erraneam doctri-
nam dicti Lutheri in se continentes decetero laudent, imprimat
uendat, publicent, siue defendant publice uel occulte, aut eos de
in eorum dominibus siue alijs locis tenere seu occultare quoquo
modo presumant uel aliquis eorum presumat. Quinimo illos post
publicationem presentium prelatis & decanis capitulorum ad co-
burendum indilate assignare current, aliasq; & alia faciant qua
ipso& quemlibet eorum serie literarum apostolicarum huiusmodi
respectuue concernunt prout ultionem diuinam ac prefati domini
nostrri Papae indignationem nec sententias, censuras & poenas
alias in ipsis literis apostolicis expressas uoluerint evitare. Da-
tum in castro nostro Dilling, die octaua, mensis Novembris
Anno dñi Millelesimo quingentesimo uicesimo Sub nostri Si-
gilli impressione.



EO Episcopus Servus Seniorum Dei: Ad
perpetuam rei memoriam. Exurge dñe & iudica
causam tuam, memor esto im pperiorū tuorū
eorum que ab insipientibus fiunt tota die, incli-
na aurem tuā ad preces nostras, quoniam sum
xerūt uulpes querentes demoliri vineam. cuius
tu Torcular calcasti solus & ascensurus ad patrem, eius curā, re-
gimē, & administratiōem Petro tanquā capiti, & tuo Vica-
rio, eiusq; successoribus instar triumphantis Ecclesiæ cōmisiſti
exterminare nititur eam Aper de silua, & singularis feris de-
pisci eam Exurge Petre, & pro pastorali cura prefata tibi (ut
prefert) diuinitus demandata, intende in causam sancte Ro-
mañ. Ecclesiæ, Matri omnīr ecclesiarū, ac fidei magistri, quā
tu iubente Deo, tuo sanguine consecraſti, contra quā sicut tu
permorere dignatus es, insurgūt Magistri mendaces introduc-
tētes fecias perditionis ſibi cclerem interitum super ducentes
quorum lingua ignis est, inquietum malū, plena ueneno mor-
tiferō: qui Zelum amarum habētes, & cōtentioēs in cordibus
uuis gloriantur. & mendaces ſunt acuersus ueritatē. Exurge tu
quocq; euangelium Paule, qui eā tua doctrina; ac pari martyrio il-
luminasti, atq; illūstrasti. Iam em̄ surgit nouis Porphirius: qui
ſicut ille oīi sanctos Apostolos iniuste momordit, Ita hic ſctōs
Pontifices prædecessores nostros contra tuam doctrinam eos
non obſecrando, ſed increpando, mordere lacerare, ac ubi cauſe
ſuæ diffidit, ad conuicta accedere non ueretur more hereticorū
quorum (ut inquit Hieronymus) ultimum p̄ſidiū est ut cū
cōſpiciant cauſas suas damnatum iri, incipiant uirus serpentis
lingua diffundere, & quū se uictos cōſpiciant ad contumelias
proſilire Nam licet heresēs eſſe ad exercitatiōē fideliū tu dixe-
ris oportere, eas tñ ne incremētū accipient, neue uulpeculę coa-
leſcant, in ipſo ortu, te intercedente, & adiuuāte, extingui ne-
ceſſe eſt. Exurgat deniq; omnis sanctorum, ac reliqua uniuersa
lis ecclesia, cuius uera ſacrarium litterarum interprētatiōe post
habita, quidam quorū mētem pater mendacijs excecauit, ex

ueri hereticorum instituto, apud semet ipsos sapientes, scripturas easdem aliter quam Spiritus sanctus flagitat, proprio dū taxat sensu, ambitionis, aureq; popularis causa, teste Apostolo, interpretantur, imo uero torquēt, & adulterat. Ita ut iuxta Hieronymum, iam non sit Euangelium Xpi sed hominis, aut quod peius est Diaboli. Exurgat inquā prefata ecclesia sancta Dei, & una cū beatissimis apostolis prefatis, apud Deum omni potestate intercedat, ut purgatis ouium suarum erroribus, eliminatisq; a fidelium finibus heresibus uniuersis, ecclesie sue sancte pacem, & unitatem conseruare dignetur. Uidum siquidem, quod pre animi agustia, & merore exprimere uix possumus si dedigner; relatu, ac fama publica referente, ad nostrum peruenit auditum immo uere, proh dolor, oculis nostris uidimus, ac legimus multos, & uarios, errores quos iam uidelicet iam per concilia, ac predecessorum nostrorum Constitutiones, damnatos, heresim etiam Grecorum & Bohemicā expresse continētes, alios uero respectiue, uel hereticos, uel falsos, uel scādalosos, uel piarum aurium offensiosos, uel simplicium mētiūm seducti uos, a falsis fidei cultoribus, qui per superbam curiositatē mudi gloriam cupientes, contra apli doctrinam, plus sapere uolunt, quam oporteat, quorum garrulitas (ut inquit Hieronymus) sine scripturarum autoritate, nō haberet fidem, nisi uiderentur peruersam doctrinam, etiam diuinis testimonijs, male tamen interpretatis, roborare. A quoq; oculis Dei timor recessit, humani generis hoste suggestente, nouiter suscitatos, & nuper aequali quosdam leuiores inclita natione Germanica semiatos, Qd eomagis dolemus ibi euenisce, qd eandē nationem, & nos & predecessorēs nostri in uisceribus semper gesserimus charitatis. Nam post translatum ex Grecis a Romān, ecclesia in eosdem Germanos Imperium iidem predecessorēs nostri, & nos, eiusdem ecclesie aduocatos, defensoresq; ex eis semper accepimus, Quos quidem Germanos, Catolice ueritatis uere Germanos, constat heresum acerrimos oppugnatores semp fuisse cuius rei testes sunt laudabiles ille Constitutiōes Germanorū

Imperatorum pro libertate ecclesie, proq; expellendis, exterminandisq; ex omni Germania Hereticis, sub grauissimis penis, etiam amissionis terrarum, & dominiorum, contra receptatores uel non expellentes olim edite, & a nostris predecessoribus confirmate, que si hodie seruaretur, & nos, & ipsi utiq; hac molestia careremus. Testis est in Concilio Constantieñ. Hussitarum, ac Vuidelicistarum, necnon Hieronymi Pragueñ. dñata ac punta perfidia. Testis est totiens contra Bohemos Germanorum sanguis effusus. Testis deniq; est predictorum errorum seu multorum ex eis per Colonieñ. & Louarieñ. Universitates, utputę agri Dominici piissimas, religiosissimasq; cultrices non minus docta q; uera, ac sancta confutatio, reprobatio, & damnatio. Multa quoq; alia allegare possemus, que ne hystoriam texere videamus pretermittenda cēsuimus. Pro pastoralis igit officiū divina gratia nobis iniuncta cura, quam gerimus, predictorum errorum virus pestiferum ulterius tollerare, seu dissimulare, sine Christiane Religionis nota, atq; orthodoxe fidei iniuria, nullo modo possumus. Eorum autē errorum aliquos presentibus duximus inserendos, quorū tenor sequitur, & est talis. ¶ Heretica sententia est, sed usitata, Sacramēta nouę legis iustificantem grām illis dare, qui non ponunt obicē. In puerō post baptismū negare remanēs peccatū est Paulum & Xpm simul conculcare. Fomes peccati etiam si nullū adsit actuale peccatum moratur exētū em a corpore animā ab ingressu cœli. Imperfecta charitas morituri, fert secum necessario magnum timorem, qui se solo sat is est facere penam purgatoriū & impedit introitum regni. Tres esse partes penitentię Contritionē, Confessionē, & Satisfactionem, non est fundatum in sacra scriptura, nec in antiquis sanctis Xpiianis Doctoribus. Contritio que paratur per discussionē, collectionē, & detestationē peccatorum, qua quis recogitat annos suos inamaritudine aīę suę pōderādo peccatorum grauitatem, multitudinē, foeditatē, amissionē eternę beatitudinis, ac eternę damnationis acquisitionem, hęc contritio facit Hypocritā immo magis peccatorē. Verissimum est proverbiū

& omnium doctrina de Contritionibus, hucusq[ue] dat a p[re]statis
tius, de cetero non facere, summa penitentia, optima poenitentia,
noua uita. Nullo modo presumas confiteri peccata ueni-
alia, sed nec omnia mortalia, quia impossibile est, ut oia morta-
lia cognoscas, Vnde in primis iua eccl[esi]a solum manifesta morta-
lia confitebatur. Dum uolumus omnia pure confiteri, nihil ali-
ud facimus, quā qd[em] misericordie Dei nihil uolumus relinquere
ignoscendum. Peccata non sunt ulli remissa nisi remittente sa-
cerdote credat sibi remitti, imo peccatum maneret, nisi remis-
sum crederet, nō em sufficit remissio peccati & gratie donatio
sed oportet etiā credere esse remissum Nullo modo confidas ab
solui, ppter tuā contritiōem, sed propter uerbū Xpi, quodcūq[ue]
solueris &c. Hic inquā confide si sacerdotis obtinueris absoluti-
onē, & crede fortis te absolutum, & absolutus uere eris, qui-
quid sit de contritione. Si per impossibile confessus non esset
contritus aut sacerdos nō serio, sed ioco absoluueret si tamē cre-
dat se absolutum uerissime est absolutus. In sacramēto peni-
tentie ac remissione culpe non plus facit Papa, Eps, quam insi-
mis sacerdos, imo ubi non est sacerdos, eque tñm quilibet chri-
stianus, etiā si mulier aut puer esset. Nullus debet sacerdoti re-
spondere se esse contritum nec sacerdos requirere. Magnus est
error eorū qui ad sacramēta Eucharistie accedunt, huic innixi,
qd[em] sint confessi, qd[em] non sunt sibi cōscij alicuius peccati mortalitatis
qd[em] premiserint orationes suas, & preparatoria, omnes illi adiu-
diciū sibi māducant, & bibunt, sed si credant & confidant se
gratiā ibi consecuturos, hęc sola fides facit eos puros & dignos
Consultū uidet q[uod] eccl[esi]a in communi Cōcilio statueret laicos
sub utraq[ue] specie cōmunicādos, nec Bohemi cōmunicātes sub
utraq[ue] specie sunt heretici, sed scismatici. ¶ Thesauri eccl[esi]ie un-
de Papa dat indulgētias nō sunt merita xpi, & sanctiorū.
Indul-
gētiae sunt p[ro]efraudes fidelium, & remissiones honorū operum,
& sunt de numero eorūque licet & nō de numero eorū que ex
pediūt. Indulgētiae his qui ueracit[er] eas cōsequūt, nō ualēt ad re-
missionē penitentiae p[ro]pterea actualibus debite apud diuinā iusticiā.

Sed cūcūtūr credēti es indulgētias esse salutares, & ad fructū sp̄as
utiles. Indulgētiae necessarie sunt solum publicis criminibus, &
proprie concedūtur duris solummodo, & impacientibus. Sex ge-
neribus hoīum indulgētiae uic sunt necessarie, nec utiles, uide-
licet mortuis, seu morituris, Infirmis, legittime impeditis, his
qui non comiserunt crimina, his qui crimina cōmiserūt, sed nō
publica, his qui meliora operātur. Excomunicationes sunt tā-
tum extēne penē, nec priuāt hominem cōmūnib⁹ sp̄alib⁹
ecclesiæ orationib⁹. Docendi sunt Christiani plus diligere ex-
comunicationē, q̄ timere. Romanus Pontifex Petri successor
non est X̄pi Vicarius super om̄es totius mūdi ecclesiās ab ipso
Christo in beato Petro institutus. Verbum X̄pi ad Petrum
quodcuq; solueris super terram &c. extenditūr dumtaxat ad si-
gata ab ipso Petro. Certū est in manu eccl̄ie, aut Pape pror-
sus non esse, statuere articulos fidei, immo nec leges mortis, seu
Honortini operum. Si papa cum magna parte ecclesiæ sic uel sic
senat̄ iher, nec etiā erraret, adhuc nō est peccatum, aut heres
contrarium sentire, presertim in re non necessaria ad salutem,
donec suerit per Concilium uniuersale alterum reprobatum;
alterum approbatum. Via nobis facta est enarrandi autorita-
tem Conciliorum, & libere contradicendi eorum gestis, & ius-
dicandi eorum decretū, & considerenter confitendi, quicquid ue-
num uideatur, siue probatum fuerit, siue reprobatum a quo cuq; Con-
cilio. Aliqui articuli Ioannis Huls condemnati in Conci-
lio Constantiæ, sunt Christianissimi, uerissimi, & euangelici,
quos nec uniuersalis ecclesia posset damnare. In omni opere
bono fustus peccat. Opus bonum optime factum est ueniale
peccatum. Hereticos comburi est contra uoluntatem spiritus
Preliari aduersus Turcas est repugnare Deo uisitanti iniqui-
tates nostras per illos. Nemo est certus se non semper peccare
mortaliter propter occultissimum superbię uitii. Liberum ar-
bitrium post peccatum est res de solo titulo, & dū facit quod
in se est peccat mortaliter. Purgatorium non potest probari
ex sacra scriptura, que sit in canone. Animæ in purgatorio

non sunt secure de eorum salute, saltu omnes, nec probatū est
ullis, aut rationibus, aut scripturis, ipsas esse extra statum me-
rendi, aut augende charitatis. Animæ in purgatorio peccati si-
ne intermissione, quam diu querunt requiem, & horrent penas.

Animæ ex purgatorio libera testis suffragijs uiuæ etiæ minus beatæ
quam si per se satisse cissent. Prelati ecclesiastici, & principes se-
culares non malefacerent si omes saccos mendicita is deterent.

TQui quidem errores, respectiue, quam sint pestiferi, quam per
nicio si, quam scandalosi, quam pia, & simplicium metum le-
ductiui, quam deniq; sint contra omnem charitatē ac. S. R.E.
matris omnium fidelium, & Magistrę fidei reueretiam, atq; nemus
ecclesiastice discipline, obediētia scilicet, que fons est, & origo
omnium virtutum, sine qua facile unusquisque infidelis esse con-
citur, nemo sane metis ignorat. Nos igit in premissis, utpote
grauissimis, propensiis (ut decet) procedere, necnon huiusmodi
pesti, morboq; caceroso, ne in agro Dominico tanq; iepitis no-
ciua ulterius serpat, uiam præcludere cupiētes habita super pre-
dictis erroribus, & eorum singulis, diligenter trutinatis, cibullo
ne, ac districto examine, maturac deliberatioœ, omnibusq; rite
pensatis, ac sepius uentilatis cum uenerabilibus fratribus nris
S. R. E. Card. ac regularium ordinum Prioribus, seu ministris ge-
neralibus, pluribusq; alijs sacre Theologiæ, necno utriusq; iuris
professoribus, siue Magistris, & quidem peritissimis, reperi-
mus eosdem errores, respectiue (ut preferimus) aut articulos non
esse Catholicos nec tanq; tales esse dogmatizados, sed contra
Catholicæ ecclesiæ doctrinam, siue traditionem, atq; ab ea uera
divinae scripturarum receptam interpretatiōem, cuius auctori-
tati ita acquiescendum cœluit. Augustinus, ut dixerit se Euange-
lio non fuisse crediturum nisi ecclesiæ catholicæ interuenientset
autoris. Nam ex eisdem erroribus, uel eorum aliquo, uel aliqui
bus palam sequitur, eandem ecclesiam, que Spiritu sancto re-
gitur, errare & semper errasse. Quod est ut ipse contra illud, quo I
Christus discipulis suis in ascensione sua (ut in sancto Euange-
lio Matthei legitur) promisit, dicens, Ego vobiscum sum usq;

usq; ad consumationem seculi. Nec non contra sanctoꝝ Patriꝝ
determinationes, Conciliorum quoq; & summorum Pontifiꝝ
cum expressas ordinatioꝝ, seu Canones, quibus non obtēpe
rasse, omnium heresum, & scismatum, teste Cypriano, somes,
& causa semper fuit. De eorundem itaq; Venerabilium fratiꝝ
nostrorum Concilio, & assensu, ac omnium, & singulorum p̄di
clorū matura deliberatione predicia, autoritate omnipoten
tis Dei, & beatorum Apostolorꝝ Petri, & Pauli, & nostra præ
fatoꝝ omnes, & singulos articulos seu errores, tanq; (ut premit
titur) respectiue hereticos, aut scandalosos, aut falsos aut piar
aurium offensiuos, uel simplicium mentiuſ seductiuos, & ueris
tati Catholicæ obuiantes damnamus, reprobamus, atq; oīno
rejciimus, ac pro damnatis, reprobatis, & reiectis ab omnibus
utriusq; sexus Christifidelibus haleri debere, harum serie decer
nimus, & declaramus. Inhibentes in uirtute sanctæ obedientiæ
ac sub maioris excommunicationis latè sententiæ. Nec non quo
ad ecclesiasticas, & regulares personas, Episcopaliū omniū etiā
Patriarchalium Metropolitañ, & aliaꝝ Cathedraliū ecclesiasticis
Monasteriorum quoq; & prioratuū, etiam conuentualium,
& quorūcunq; dignitatum, aut beneficiorum ecclasticoꝝ,
secularium, aut quorumuis ordinum, regularium, priuationis,
& inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda. Quo ꝑo
ad Conuentus, capitula, seu domos, aut pia loca, seculariū, uel
regularium, et iam mendicantium, necnō uniuersitatis etiam
studiorꝝ generalium quorumcunq; priuilegiorum, Indulterioꝝ a
scle Apostolica, uel eius Legatis, aut alias quomodolibet ha
bitorum, uel obtentorꝝ cuiuscunq; tenoris existant. Nec non
nominis & potestatis studium Generale tenendi, legēdi: ac in
terpretandi quasvis scientias, & facultates: & inhabilitatis ad
illa, & alia in posterum obtinenda Predicationis quoq; officij
ac amissionis studij generalis: & omnium priuilegioꝝ eiusdē.
Quo uero ad seculares eiusdem excommunicationis: necnō amis
sionis cuiuscumq; Emphyteosis: seu quoniamcunq; feudorꝝ, tam
a R.o. Ecclesia quam alias quomodolibet obtentorꝝ, ac etiam

inhabitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, Necnō q̄
ad omnes, & singulos superius nominatos, inhibitionis ecclē
siastice, sepulturæ, inhabitatis ad om̄es & singulos actus le
gitimos, infamiae, ac dissipationis, & criminis lese Maiestatis
& hereticoꝝ, & sautorꝝ eorundem in iure expressis penis, eo-
ipso & absq; ulteriori declaratione, per omnes, & singulos sup-
dictos; si (quo l. absit) contra fecerint, incurredis. A quibus uigo
re cuiuscumq; facultatis, ac clausularꝝ etiam in confessionalibus
quibusuis personis, sub quibusuis uerborꝝ formis contentarꝝ;
nisi a Romān. Pontifice, uel alio ab eo ad id in specie facultat-
ē habēte, preterq; in mortis articulo cōstituti, absolui neque-
ant, oibꝫ & singulis utriusq; sexus xp̄ifidelibus, tā laicis q̄ cle-
ricis secularibus, & q̄rūis ordinū regularibus, & alijs q̄buscumq;
personis, cuiuscumq; status, gradus, uel cōditiois existat. & qua-
cunq; ecclesiastica, uel mundana presulgeat dignitate, etiā san-
ctae Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Patriarchis, Primitibus
Archiepiscopis, Episcopis, Patriarchalium, Metropolitanā. & a-
liaꝝ Cathedralium, Collegiatarꝝ, ac inferiorꝝ ecclesiastarꝝ Prela-
tis, clericis, alijsq; personis ecclesiasticis, secularibus & quoruis
ordinum, etiā mendicantū, Regularibus, Abbatibns Prioribns
uel Ministeris generalibus, uel particularibus fratribus, seu Re-
ligiosis, exemptis, & non exemptis. Studiorꝝ quoq; uniuersita-
tibus, secularibus, & quoruis ordinū, etiam mendicantū Regu-
laribus, necnon Regibus, Imperatoris Electoribus, Principi-
bus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Capita-
neis, Conductoribus, Domicellis, omnibusq; officialibus, Iudi-
cibus, Notarijs, ecclesiasticis & secularibus, Communitatibus
Vniuersitatibus, Potentatibus, Ciuitatibus, Castris Terris &
locis, seu eorꝝ uſearꝝ Ciuibus, habitatoribus, & Incolis, ac qui-
busuis alijs personis, ecclesiasticis, uel Regularibus (ut preferit)
per uniuersum Orbem ubiq; presertim in Alemania existē-
tibus, uel pro tempore futuris, ne prefatos errores, aut eorꝝ ali-
q; s, quersamq; doctrinā hmōi asserere, affirmare, defēdere pdica-
re, aut illi qmōdoliber, publice uel occulte, quis quesito īgenio

uel colore, tacite, uel expresse sauere præsumant. Insup quia er-
rores prefati, & plures alij cōtinentur in libellis, seu scriptis cui-
usdā fratri Martini Luther dictos libellos, & omia dicti Mar-
tini scripta, seu predicationes, in latino, uel quoctq; alio idioma
te, reperiātur, in quibus dicti errores, seu eorū aliquis cōtinetur
similiter damnamus, reprobamus, atq; omnino rencimus, & p-
omnino dānatū reprobatū, ac reiectis, ut presertur, haberī uo-
lūmus. Mandātes in uirtute sanctae obedientie, & sub pena p-
dictis, eo ipso incurrendis, Omnibus, & singulis utriusq; sexus
xp̄ifidelibus superius nominatis, ne huiusmodi scripta, libellos
predicationes, seu cedulas, uel in eis contēta Capitula, errores
aut articulos supradictos cōtinentia, legere, asserere, predicare,
laudare, imprimere, publicare, siue defendere, per se, uel aliū, seu
alios, directe, uel indirecte, tacite, uel expresse, publice, uel occul-
te, aut in domibus suis, siue alij, publicis, uel priuatī locis te-
nere quoquo modo presumāt, quinīmo illa statī post harū pu-
blicationem ubiq; fuerint, per ordinarios, & alios supradictos
diligenterque sita publice, & solēniter in presentia Cleri, & Po-
puli, sub omnibus, & singulis supradictis poenis, cōburant. Qd̄
uero ad ipsum Martinum adtinet, Bone Deus, quid pretermi-
simus, quid non fecimus, quid paternę charitatis omisiimus, ut
eum ab huiusmodi erroribus reuocaremus. Postq; enim ipsum
citauiimus mitius cum eo procedere uolentes, illum inuitauim-
us, atq; tam per diuersos tractatus cum Legato nostro habi-
tos, quam per literas nostras, hortati fuimus, ut a predictis er-
roribus discederet, aut ad nos oblatō etiam saluo conducto, &
pecunia ad iter necessaria, sine metu, seu timore aliquo, quem
perfecta charitas foras mittere debuit, ueniret, ac Saluatoris
nostrī, Apostoliq; Pauli exemplo, nō in occulto, sed palam, &
in facie loqueret, Quod si fecisset, pro certo (ut arbitramur) ad
cor reuersus, errores suos cognouisset, nec in Romana Curia,
quam tant opere uanis maliuoloz; rumoribus, plusq; oportuit
tribuēdo, uituperat, tot reperisset errata, docuissemusq; eum,
luce clarius, sanctos Romanos Pontifices p̄decessores nostros

quos preter omnem modestiam iniuriose lacerat, in suis Ca-
nonibus, seu constitutionibus, quas mordere nititur, nunquam
errasse; quia iuxta Prophetam, nec in Galatiam Resina, nec
Medicus deest, sed obauit semper, & predicta citatione,
omnibusq; singulis supradictis spretis, uenire contempnit ac
usque in praesentem diem contumax, atq; animo indurato, cē-
suras ultra Annū sustinuit, & quod deterius est, addens ma-
la malis, de citacione huiusmodi noticiam habens, in uocem te-
merarie appellationis prorupit, Ad futurum concilium, con-
tra constitutionem Pij Secundi, ac Iulij Secundi, predecesso-
rum nostrorum, qua cauetur taliter appellantes Hereticorum
præna plebētos (Frustra etiam conciliū auxilium implorauit
qui illi sē non credere palam profitetur) Ita ut contra ipsum,
tanquam de fide notorie suspectum, imimo uere Hereticum,
abscē ulteriori citatione, uel morā, ad condemnationem, & da-
nationem eius, tanquam Heretici, ac ad omnium, & singula-
rum suprascriptarum pœnarum, & censurarū sceleratatem pro-
cedere possemus, Nihilominus de eoruīdem Fratrum nostro-
rum consilio, Omnipotentis Dei immitantes clementiam,
qui non uult mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur, &
uiat, Omnia iniuriarum haec tenus nobis, & Apostolicæ
Sedi illatarum oblii, omni qua possumus pietate uti dec̄eu-
mus; & quantum in nobis est agere, ut proposita mansuetudi-
nis uia ad cor reuertatur, & a predictis recedat erroribus, ut ip-
sum tanquam filium illum prodigum ad gremium Ecclesiæ re-
uerentes benigne recipiamus. Ipsum igitur Martinū, & quos-
cunq; ei adherētes eiusq; receptatores, & factores, per uiscera
misericordię Dei Nostri, & per Aspersionē Sanguinis domini
Nostri Iesu Xpi, quo & per quem humani generis redemptio
& Sæcūlare Matri Ecclesiæ edificatio facta est, ex toto corde hor-
tamur, & obsecramus, ut ipsius Ecclesiæ pacē, unitatē, & uerita-
tem pro qua ipse salvator tā instāter orauit ad patrem, turbare
desistant, & a predictis tā pernicioſis erroribus, pr̄sū abſtineat

BII

m̄t

flop

Inuenturi apud nos si effectualiter paruerint, & paruisse per legitima documenta nos certificauerint, patremq; charitatis affestum, & apertum mansuetudinis, & clementiæ fontem. Inhibe tes nihilominus eidem Martino ex nunc, ut interim ab omni predicatione, seu predicti articulis officio omnino desistat. Alioquin ut ipsum Martinum, si forte iusticiae, & uirtutis amor a peccato non retrahat, Indulgētięq; spes, ad poenitentiam non reducat, penarum terror cohercet disciplinę, Eundem Martinum, eiusq; adherentes, complices, fautores, & receptatores tenore praefatum requiri mus, & monemus, in uirtute sancte obedientiae, & sub predictis omnibus, & siugulis pœnis, eo ipso incurendo. districte precipiendo mādamus, quaterus infra Sexaginta dies quorū Viginti pro primo, Viginti pro secundo, & reliquos uiginti dies p tertio, & peremtorio termino assignamus, ab affixione presentium in locis infra scriptis, immedie sequentes numerandos. Ipse Martinus, Complices, fautores, adherentes, & receptatores predicti a prefatis erroribus, eorumq; predicatione ac publicatione, & assertione, defensione quoq; & librorum, seu scripturarum editione, super eisdem, sive eorum aliquo omnino desistat, liberosq; ac scripturas omnes, & singulas, prefatos errores, seu eosq; aliquos quomodolibet continētes, comburant, uel comburi faciant. Ipse etiam Martinus, errores, & assertiones huiusmodi omnino reuocet ac de refocatiōe huiusmodi per publica documenta in forma iuris ualida, in manibus duorum Prelatorum consignata, ad nos infra alios similes sexaginta dies transmittenda, uel per ipsummet (si ad nos uenire uoluerit, qd magis placet) cum prefato plenissimo saluo conductu, quē ex nunc cōcedimus, deferenda, nos certiores efficiat, ut de eius yā obedientia nullus dubitatiois scrupulus ualeat remanere. Alias si (quod absit) Martinus prefatus, complices, fautores, adherentes & receptatores predicti secus egerint, seu præmissa omnia, & singula infra terminum predictum cum effectu nō adimpleuerint. Apostoli imitant̄ doctrinam, qui hereticum hominem post primam & secundam correctionem, uitandū docuit, ex nūc

pro ut ex tuis, & eccl̄uerso, cundem Martinum, complices, ad
herentes, fautores & receptatores prefatos, & eorum quemlibet,
tanq; aridos palmites in Christo non manentes, sed doctrinam
contraria, Catholice fidei inimicam, sive scandalosam, seu da-
natam, in non modicam offendit diuinæ maiestatis, ac uni-
uersalis Ecclesiæ, & fidei Catholicæ detrimentum, & scanda-
lum dogmatizantes, & predicatoris, Claves quoq; Ecclesiæ, ui-
lpendentes notorios, & pertinaces hereticos eadē autoritate
fuisse, & esse declarantes, eosdem ut tales harum serie condem-
namus, & eos p talibus haberi, ab omnibus utriusq; sexus Chri-
stifidelibus supradictis uolumus, & mandamus. Eosq; omnes,
& singulos, omnibus supradictis, & alijs contra tales a iure infli-
ctis penis presentium tenore subiçimus, & eisdem irretitos fu-
isse, & esse decernimus, & declaramus. Inhibemus preterea sub
omnibus, & singulis premissis penis, eo ipso incurriendis, omni-
bus, & singulis Christifidelibus superius nominatis, ne scripta
etiam prefatos errores non continentia, ab eodem Martino q-
mo libet cōdita, uel edita, aut condenda, uel edenda seu cor-
 aliqua, tanq; ab homine Orthodoxe fidei inimico, atq; ideo ue-
hemeter suspecta, & ut eius memoria omnino deleatur de chri-
stifidelium consortio, legere assērere, predicare, laudare, impri-
mire, publicare, sive defendere per se, uel alii, seu alios, direcle,
uel indirecte, tacite uel expresse, publice, uel occulte, seu in do-
mibus suis, sive alijs locis, publicis, uel priuatib; tenere quoq; modo presumant. Quinimmo illa comburant (ut presertur).
Monemus in super omnes, & singulos Christifideles supradic-
tos sub eadem excommunicationis latæ sententiae poena, ut
hereticos predictos declaratos, & condemnatos mandatis no-
stris non obtemperates, post lapsum termini supradicti erit et
& quantum in eis est uitari faciant, nec cum eisdem uel eorum
aliquo, commertium, aut aliquam conuersationem, seu com-
munionem habeant: nec eis necessaria ministrent. Ad maio-
rem preterea dicti Martini, suorumq; complicum, fauitorum,
& adherentium, ac receptatorum predictorum sic post lapsum

termini predicti declaratorum hereticorum, & condemnatorum
confusionem, Vniuersis & singulis utriusque sexus Christifidelibus
Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Patriarchalium, Metropolitani, & aliarum Cathe dralium, Collegiatum, ac inferi
orum ecclesiarum Prelatis: Capitulis, aliisque personis ecclesiastici
eis: secularibus, & quorumuis ordinum: etiam Mendicantium
(presentim eius congregationis, cuius datus Martinus est pro
fessus: & in qua degere uel morari dicitur) Regularibus, exem
ptis: & non exemptis, necnon uniuersis & singulis Principibus
quacumque ecclesiastica: uel munera: fulgetibus dignitate: Regis
bus, Imperatoris Electoribus, Ducibus, Marchionibus, comi
tibus, Baronibus, Capitancis, Coductoribus, Domicellis, Co
munitatibus, Vniuersitatibus, Potentatibus, Ciuitatibus, Ter
ris, Castris, & locis, seu eorum habitatoribus, Ciubus & Incolis,
omnibusque alijs & singulis supra dictis, per uniuersum Orbe m
presentim in eadem Alemania constitutis: mandamus: quate
nus sub predictis omnibus & singulis paenit: ipsi, uel eorum qui
libet presatum Martinum, Complices: adherentes: receptates
& fautores personaliter capiant, & captos ad nostram instan
tiā retineant, & ad nos mitrant. Reportaturi pro tam bono
opere, a nobis: & a sede Apostolica remunerationem, premi
umque condignum, uel saltem eos, & eorum quemlibet de Me
tropolitani. Cathedralibus, Collegeatis, & alijs Ecclesijs: Do
minibus, Monasterijs, conuentibus, ciuitatibus, Dominis, Vni
uersitatibus, Comunitatibus, Castris, Terris ac locis respe
ctive, tam Clerici, & Regulares, quam laici omnes, & singuli
supradicti omnino expellant. Ciuitates uero Dominia, Tenas
Castra, Villas, Comitatus, fortificia, Oppida, & loca quecumque
ubilibet consistentia, earum, & eorum respectiue, Metropolitani.
Cathedrales, Collegeatas, & alias ecclesias, Monasteria, Prio
ratus, Domus Conuictus, & loca Religiosa, uel pia, cuiususcum
dinis (ut prefertur) ad que presatū Martinū, uel aliquē ex predictis
declinare contigerit quodiu ibi permaneant & triduo post recessum

ecclesiastico subiectimus interdicto. Et ut permisso omnibus in-
notescant, mandamus insuper uniuersis Patriarchis, Archiepi-
copis, Episcopis, Patriarchalium, Metropolitam, & alias Ca-
thedralium, ac collegiatarum Ecclesiarum Prelatis Capitulis alijsque
personis ecclesiasticis, secularibus, & quorūuis ordinum supradic-
torum regularibus, fratribus, religiosis, Monachis, exemptis,
& non exemptis, supradictis, ubilibet, presertim in Alemania,
constitutis, quatenus ipsi, uel eorum quilibet sub similibus cen-
suriis, & penis eoipso incurriendis, Martinum, omnesque & singu-
los supradictos, qui elapso termino hmoi mandatis, seu moni-
tis nostris no[n] paruerit, in eorum ecclesijs, Dominicis, & alijs festi-
vis diebus, dum inibi major populi multitudo ad diuinā cōue-
nerit, declaratos hereticos, & condemnatos publice nūcident
faciantque, & mandent ab alijs nunciari, & ab omnibus arctius
euitari. Necnon omnibus Christifidelibus, ut eos euident pari-
modo sub predictis censuriis, & penis, & presentes literas uel ea
rum transumptum sub forma infrascripta factum in eorum eccle-
sijs, Monasterijs, Dominibus, Conuentibus, & alijs locis, legi, pu-
blicari, atque affigi faciat. ¶ Excommunicamus quoque, & anathe-
matizemus omnes, & singulos cuiuscunq[ue] status, gradus, con-
ditionis, præminentie, dignitatis, aut excellēcie, fuerint, qui q[uod]
minus presentes literas, uel eorum transumpta, copiae, seu exempla-
ria in suis Terris & Dominijs legi, affigi, & publicari possint,
fecerint, uel quoquo modo procurauerint, per se, uel aliū, seu alios,
publice, uel occulte, directe, uel idirecte, tacite, uel expresse. Po-
stremo quia difficile foret presentes literas ad singula queque lo-
ca deferri, in quibus necessariū foret, Volumus, & Apostolica
autoritate decernimus, quod earum transumptis manu publici no-
tarij confessis, & subscriptis, uel in alma Urbe Impressis, & sigil-
lo aliquius ecclesiastici prelati munitis, ubique stetur, & plena fi-
des adhibeat, prout originalibus litteris staretur, & adhibe-
retur si forent exhibitae, uel ostense. Et ne praefatus Martinus
omnesque alijs supradicti, quos presentes literas quomodo libet co-
nunt, ignorantiam earundem literarum, & in eis cōtentorum

omnium, & singulorū pretendere ualeant litteras ipsas in Basi-
lice Principis Apostolorum, & Cencellarie Apostolice, necnō
Cathedrali Ecclesiarū Brādeburgeñ. Misneñ. & morspergeñ.
Valuis affigi & publicari debere uolumus. Decernentes, quod
earundem literarū publicatio sic facta supradictū Martinum,
omnesq; alios, & singulos prenominatos, quos literæ huiusmo-
di quomodolibet concernunt, perinde arctent, ac si literæ ipsæ
die affixiōis, & publicationis huiusmodi, eis personalit̄ lecte,
& intimatæ forent. Quum non sit uerisimile, q; ea que tam pa-
tentefiunt, debeant apud eos incognita remanere. Non ob-
stantibus Constitutionib; & ordinatiōibus apostolicis, seu
si supradictis omnibus, & singulis, uel eoꝝ alicui aut quibusuis
alij; a sede apostolica predicta, uel ab ea potestatē habentibus
sub quauis forma, etiam Confessionalis, & cum quibusuis etiā
fortissimis clausulis, aut ex quauis causa, seu grandi considera-
tione, indultum, uel concessum existat, qđ interdici, suspendi,
uel excommunicari nō possint per litteras apostolicas nō faciētes
plenam & expressam, ac de uerbo ad uerbum, non aut per clau-
sulas generales id importātes de indulto huiusmodi mentionē
eiusdem indulti tenores, causas, & formas, perindeac si de uer-
bo ad uerbum insererētur, Ita ut omnino tollatur, presentib;
pro expressis habentes. ¶ Nulli ergo omnino hominum liceat
hanc paginam nostræ damnatiōis, reprobationis, reiectionis,
decreti, declarationis, inhibitionis, uoluntatis, mandati,horta-
tionis, obsecrationis, requisitionis, monitionis, assignationis,
concessionis condēnationis, subiectionis, excommunications. &
anathematizatiōis infringere, uel ei ausu temerario cōtrarie
Siquis autem hoc attēptare presumpserit, indignatiōem om-
nipotentis Dei, ac beat orū Petri & Pauli Apostolorū eius se-
nouerit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum,
Anno Incarnationis Dominice, Millesimo, Quingentesimo
Vigesimo. XVII. Calendas Iulij. Pontificatus

Nostrī

Anno

Octauo.

Vita R. Milanesius.



